Universitätsbibliothek Paderborn

Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv Redivivae

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Visual Library

câſſet, publico etiam *Orbis Chriſtiani* commodo, *jlluſtriſſimum Præmonſtratenſium Ordinem* fundâſſet; *inuitus ad Magdeburgenſem Archipræſulatum* euectus eſt, *miraculis, prædicatione, & Vatidico Spiritu plenus*, Infulam, quam alij *gemmis, ipſe virtutibus* ornauit, â Familiaribus non ſemel dicere auditus, malle ſe infernum, quàm vel vnicum peccatum veniale admittere, quod Chriſto illud (ut hominum & DEI malum) vnicè diſpliceat. Quo Spiritu ætatéque plenus optabat tenerrimè ad Ieſu & Mariæ conſpectū quantocyus euolare: & euolavit A. C. M.C.XXXIV. VI. Iunij non ſine ſingulari ſummæ lætitiæ ſignificatione debitam neceſſitati vitam reddendo. *Ex eius vitâ.*

VIII.

IN perilluſtri *Eſſendienſi Eccleſia Translatio S. Marſi* Confeſſoris, cuius Corpvs aurea in hierotheca quieſcens, publicæ ſubinde venerationi per annum exponitur. *Ex Annal. Per.*

VIII.

Memoria *S.* Clodulphi, ex *Moſellano Principe Epiſcopi; ex Epiſcopo Eremicolæ* qui turbas & temporalium negotia fugiens, Silvâ plu-